

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1097 - 1100

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

singulis anniversariis meis 25 solidos Argentinensis monetę fratibus ibidem deo
 ejusque genitrici servientibus persolvant et preposito ejusdem loci, a quo idem
 beneficium suscipere debent, semel in anno, si in locum illum venerit, noctis unius
 hospicium cum 20 equis prebeant. quodsi forte possessor ejusdem fundi de hac
 5 luce migraverit, heres quinque tantum solidos preposito persolvens hereditatem
 suscipiat p[atern]oque^a jure possideat. acta sunt hęc in civitate Argentina anno
 dominicę incarnationis 1097, regnante [Heinrico] quarto anno 40 regni ejus, indictione
 5, Ottone presule, in horum presentia testium: Anselmi principalis advocati, [Si]gfridi,
 Sigeberti, Hezelini, [Di]jepoldi, Regenoldi, Luterici, [Ma]nnonis, Sigfridi, Oudalrici,
 10 Friderici, Erebonis, [Hu]mberti, Hugonis. hujus autem predii advocatus principalis
 ecclesię advocatus esse debet. Burchardus episcopus 17 kalendas junii obiit¹.

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 cop. mbr. sec. XII, da auch die Schlußnotiz über
 Burchards Tod von gleicher Hand stammt, keinesfalls vor 1112 Mai 16 geschrieben.*

63. *Der Straßburger Canonicus Burchard überträgt in Gemeinschaft mit seinen
 15 Brüdern Megenlach und Wolfbrand dem Straßburger Domstift sein in der Gemar-
 kung Willgottheim gelegenes Gut und regelt die Verwendung der von dem Lehen zu
 Männolsheim an den Pfortner des Stifts zu entrichtenden jährlichen Abgabe.
 1100 December 29.*

In nomine sanctę et individue trinitatis cuncta gubernantis quęque regentis.
 20 quia vetustas temporis, negligentia vel oblivio multa tollere solet ex animo, [quę]
 vel personarum vel litterarum non approbantur testimonio, ideo cartulis solemus
 tradere, quę annorum successione curamus observare. notum igitur esse cupio
 tam futuri quam presentis seculi hominibus, qualiter ego Burchardus Argentinensis
 ecclesię canonicus fratresque mei Megenlach atque Wolfbrandus manu potestativa
 25 absque omni contradictione Argentinensi ecclesię sanctę dei genitrici Marię attitulatę
 et fratribus ibidem deo servientibus predium nostrum, quod in Uuilegoltheim
 marchia habuimus, id est 3 mansos et tres pa....^b, de quibus 12 sunt viniferi
 cęteri frugiferi, et prata pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum
 tradidimus, astipulatione legitima firmavimus, justis investituris investivimus. notum
 30 sit etiam, hujus predii possessores hoc a nobis hereditario jure suscepisse ea
 videlicet ratione, ut ipsi eorumque hereditarii successores annuatim in nativitate
 sancti Johannis bapstisę 30 solidos Argentinensis monetę aut in festivitate sancti
 Martini 3 carradas vini persolvant et bis in anno in domo vel in curte villici, qui
 unus ex eis esse debet, ad placitum veniant, unum in proxima quinta feria post
 35 nativitatem sancti Johannis bapstisę, alterum in proxima quinta feria post festum

Juni 24

Nov. 11

*a) Von hier bis zum Ende des Stücks sind die Buchstaben zumeist völlig erloschen und nur nach dem
 Eindruck im Pergament erkennbar. b) die Buchstaben, etwa 40-45, ganz verblichen, nur zwei obere
 Schäfte eines f oder s sind noch erkennbar.*

¹ *Im Necrol. eccles. Argent. : 17 kalendas jun. Burchart Trajectensis episcopus obiit. de Herzenaha
 40 25 sol. Argentinensis monetę. Mones Anz. 1838 S. 14. Nach Gams Series episc. p. 255 starb er im
 Jahre 1112.*